



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] sit aliqua iustitia particularis? 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

*Vtrum sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalem?*

**A**D septimum sic proceditur. Videtur, quod non sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalem. In virtutibus enim nihil est superfluum, sicut nec in natura. Sed iustitia generalis sufficienter ordinat hominē circa omnia quæ ad alterū sunt. Ergo non est necessaria aliqua iustitia particularis.

324  
suq. ar 5.  
6.  
inf. 9. 59.  
art. 1.  
1. 2. 9. 60  
a. 3. et 5.  
ethi. le. 1.  
2. 3.  
a. 5. et 6.

¶ 2 Præterea, Vnum & multa non diuersificant speciem virtutis. Sed iustitia legalis ordinat hominē ad alterum, secundum ea quæ ad multitudinem pertinent, vt ex prædictis \* patet. Ergo non est alia species iustitiæ, quæ ordinet hominem ad alterū in his, quæ pertinent ad vnā singularem personam.

¶ 3 Præterea, Inter vnā singularem personam & multitudinem ciuitatis, media est multitudo domestica. Si ergo est iustitia alia particularis per cōparationem ad vnā personam præter iustitiam generalem, pari ratione debet esse alia iustitia œconomica, quæ ordinet hominem ad bonum commune vnius familiaritatis: quod quidem non dicitur. Ergo nec aliqua particularis iustitia est præter iustitiam legalem.

SED contra est, quod \* Chrysostr. super illud Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: dicit, Iustitiam autem dicit vel vniuersalem virtutem, vel particularem, auaritiæ contrariam.

ho. 15. in  
int. prin.  
6. med.  
10. 2.  
ar. prac.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est, Iustitia legalis non est essentialiter omnis virtus: sed oportet præter iustitiam legalem, quæ ordinet hominē immediatē ad bonum commune, esse alias virtutes, quæ immediatē ordinant hominem circa particularia bona: quæ quidem possunt esse vel ad seipsum, vel ad alteram singularem personam. Sicut ergo præter iustitiam legalem oportet esse aliquas virtutes particulares, quæ ordinant hominem in seipso, puta temperantiam & fortitudinem: ita etiam præter iustitiam legalem oportet esse particularem quandā

C 4 iusti-

iustitiam, quæ ordinet hominem circa ea, quæ sunt ad alteram singularem personam.

Ad primum ergo dicendum, quod iustitia legalis sufficienter quidem ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum; quantum ad commune quidem bonum, immediatè; quantum autem ad bonum unius singularis personæ, mediatè. Et ideo oportet esse aliquam particularem iustitiam, quæ immediate ordinet hominem ad bonum alterius singularis personæ.

Ad secundum dicendum, quod bonum commune civitatis & bonum singulare unius personæ, non differunt solum secundum multum & paucum, sed secundum formalem differentiam. Alia enim est ratio boni cõmunis & boni singularis, sicut alia est ratio totius & partis. Et ideo Philof. in 1. \* Polit. dicit, quod non bene dicunt, qui dicunt civitatem & domum, & alia huiusmodi differre solum multitudine & paucitate, & non specie.

Ad tertium dicendum, quod domestica multitudo secundum Philof. in 1. \* Polit. distinguitur secundum tres coniugationes, scilicet vxoris & viri, patris & filij, domini & serui: quarum personarum una est quasi aliquid alterius. Et ideo ad huiusmodi personas non est simpliciter iustitia, sed quedam iustitiæ species, scilicet economica, ut dicitur in 7. 5. Ethic.

## ARTIC. VIII.

*Utrum iustitia particularis habeat materiam specialem?*

AD octauum sic proceditur. Videtur, quod iustitia particularis non habeat materiam specialem. Quia super illud Gen. 2. Fluvius quartus ipse est Euphrate: dicit gloss. Euphrates frugifer interpretatur, nec dicitur cõtra quos vadat: quia iustitia ad omnes animæ partes pertinet. Hoc autè non esset, si haberet materiam specialem: quia quilibet materia specialis ad aliquam specialem potentiam pertinet. Ergo iustitia particularis non habet materiam specialem.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit in li. 83. \* quæst. quod quatuor

.1. circ a  
eprim.

s. 2. & c.  
vl. 10. 5.

¶ 6 in fi  
ne, & c.  
vl. 10. 5.

325

1. 2. 9. 69

a. 2. cor.

& 3. dis.

33. 9. 2. a.

2. & 9. 2.

et 2 ethi.

le. 8. co. 2

\* 9. 61. 60

no 4.